

**Dissertatio medica de melancholia hypochondriaca / [Johann Theodor Schenck].**

**Contributors**

Schenck, Johann Theodor, 1619-1671  
Rolfinck, Werner, 1599-1673  
Universität Jena

**Publication/Creation**

Jena : B. Lobenstein, 1644.

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/bz2tnb6v>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>



DISPUTATIO MEDICA  
De  
**MELANCHO-**  
**LIA HYP O**  
**CHONDRIACA,**

Quam

Divina Favente Gratia,

*Jussu & autoritate Illustris & Gratosi MEDICORUM,*  
*in Alma hac Salana Patria, Ordinis,*

SUB PRÆSIDIO

*Viri Amplissimi, Excellentissimi & Experientissimi*

**DN. GVERNERI ROLFINCKII**

Hamb. Philosophi & Medici Eminentissimi,

Med. Pract. & Chimiæ Prof. Publ. Celeberrimi, Fa-

cult. Med. p. t. Decani spectatissimi, Senioris gravissimi, Dn. Pro-

motoris & Patroni filiali observantia æternum,

colendi, honorandi,

*Pro LICENTIA, & summis in Arte Medica honoribus pri-*

*vilegiisque DOCTORALIBUS legitimè*

*consequendis,*

Publico examini submittit,

**JOHAN-THEODORUS Schenck/**

*Ad d. Februarij*

*Horis locisque consuetis.*

---

• J E N Æ

E calcographéo BLAS I LOBENSTEINS.

M. DC. XLIV.









Omo, quem, ut scribit Galen. 14. de usu part. c. 2. si fieri potuisset, natura maxime optasset immortalem, inopinatis incertisq; rerum casibus subiectus, vitro subtili haud absimilis est, quod vel levissimos duriusculæ rei attritus ferre nequit, sed momentum frangitur.

Varium & mutabile semper animal est, & modò ut rosa marcet, modò ut lilium livet. Hæc corporis vicissitudo, quot quæso morborum insultibus defatigatur? quot inquietis Faunorum vexatur ludibriis? Neque hoc solum meminisse sat est; tandem enim fata manent omnes & pauci læta arva tenemus. At non opus est verbis, rerum ubi adsunt testimonia. Dabit nobis ea MELANCHOLIA HYPOCHONDRIACA, affectus ille calamitosus, quò qui laborant, præter peregrinos, quos sæpè affectant mores, non rarò, velut de Cariæ insulæ incolis Stratonicus Cytharædus jocabatur, mortui quasi obambulant & loquuntur, sine causâ expavefcunt, & pluries chamæleonte colorem in metu mutant. De quo Plutarch. in propr. lib. utrum plus rationis insit aquatilibus quàm bestiis? Actus hos studiosè collegerunt Marcell. Donat. Histor. med. mirab. l. 2. cap. 1. Job. Schenckius lib. Observat. Med. de melanch.

Ne autem actum agamus, quid de nominis tum ETYMOLOGIA, tum SYNONYMIA, ceu principio in omni re & disputatione, Galeno monstrante viam in exâmine contra Thessalum 1. m. m. 5. sciendum, paucis prælibabimus.

NOMEN suum partim à causâ, partim à loco causam continente, accepit. Ratione prioris vocatur μελανχολία, ἀπὸ τῆς μελαίνης χολῆς, i. e. modò humoris substantifico, à quo procedit. Galen. 3. de loc. aff. 7. Paulus lib. 3. cap. 14. Ratione posterioris, ὑποχονδριακή, ἀπὸ τῆς ὑποχονδρίων, i. e. regione, quæ τοῖς χόνδρσι ὑποκείται, in qua materia illa morbifica generatur & alitur. Latet tamen in hoc utroque nomine non levis ambiguitas, quam ostendit ex Galeno 2. de natur. fac. 9. Daniel Sennert. Instit. lib. 2. p. 2. c. 6. Andr. Laur.



lib. 6. *Histor. anatom. cap. 2. Barthol. Castellus, Lexic. Med. p. m. 174.*  
 Nos illos imitamur, qui humoris melancholici cum *Celfo* latitudinem lib. 2. cap. 1. observant, & cum Hipp. 6. *Epidem. & com. 2. in 3. Epidem.* vocis ὑποχόνδρις metonymiam, re exigente, non negligunt. Dicitur aliàs ΦΥΣΩΔΗΣ, oburgens conjunctum sibi σύμπτωμα, à quo & morbi nonnunquam suas appellationes mutantur, vid. *Galen. 2. m. m. 2. Hippocrates aph. 64. f. 5.* idem non reticuit, ubi lac dare, malum esse ait illis, οἷον ὑποχόνδρια μετέωρα λαβοῦσιν. Ad quem modum etiam à *Galenii* commentatoris principis interpretibus, nunc FLATULENTUS, nunc PRÆCORDIALIS dictus remansit; licet græca & genuina ejus appellatio in Latinorum colonia nec rem nec nomen mutet amplius. Arabs MIRACHIAM vocat, à mirach, ventrem ipsis, quibusdam verò mesenterium denotante. *Avicen. lib. 3. f. 1. t. 4 cap. 18. Paracelsus,* suo HYPOCHONDRIORUM PRO eandem rem explicat. Itali voce MELANCONIA HYPOCHONDRIACA latinissant. Germanis die Schwermüthigkeit/ quibusdam in locis die Milchfranchheit vocatur.

**DEFINITUR:** Delirium imaginationis & rationis simul, sine febre, cum metu & tristitia, citra manifestam causam, non continuum, dependens ab obtenebratione spirituum animalium, introducta à vapore melancholico p. n. & peculiariter disposito, ex hypochondriis ad cerebrum elevato & transmissio.

GENUS sua FORMA limitatum PROXIMUM est πᾶσα φροσύνη ἢ φαντασία καὶ ἀγνοΐα simul, sine febre, cum metu & tristitia, citra manifestam causam, non continua; REMOTUM est σύμπτωμα. Læduntur enim functiones animales principes, *Galen. 2. de caus. sympt. cap. ult.* & quidem depravatè, licet καὶ συμπαράσῃ; cum non obstat, principium & generationem affectionis ex alia parte esse,  
 ut



ut *Αυτοῖς* lib. de melanch. habet. Quomodo autem in ANI-  
MAM cadat, quæ incorporea, ἀναλλοίωτος, ἀφθαρτος καὶ ἀνῆγα-  
τος, omniumque affectionum secunda, docet Hipp. lib. de diet.  
ad finem. Et in COR Hieron. Mercurial. de aff. capit. part. anex.  
lib. 1. c. 10. Esse vero I. ΠΑΡΑΦΡΟΣΤΥΝΗΝ fatetur Galen. de Sympt.  
diff. cap. 3. cuius genuinam significationem, quam hîc intendi-  
mus, suppleant verba I. ΤΗΣ ΦΑΝΤΑΣΙΑΣ, quam lædi l. c. fusè  
probat Galen. & cum hoc potissima veterum pars consentit. II.  
ΚΑΙ ΔΙΑΝΟΙΑΣ; nam & hanc lædi iidem Clarissimi viri Galeni  
exemplis docti approbavêre. Nolunt tamen in omni melan-  
choliâ utraqûe simul & semper ut lædatur, necessum esse, uti cen-  
suit Thomas Ravennates. Alexand. Massar. in prax. l. 1. c. 21. de  
melanchol. eundem trahit funem, perinde ac Mercurial. l. cit.  
Nobis eorum placet opinio, qui melancholiam, dum mentis alie-  
nationem definiunt, imaginationem læsam præsupponunt & con-  
sequenter rationem simul læsam esse, concludunt; id nos signifi-  
caturi intellectum damus voce τὸ 3. SIMUL. Venerandus Præceptor  
noster & Præses in disput. patholog. secundum ordinem Abubetri Rha-  
sæ, quinta, de Melanchol. & mania, eandem voculam definitioni suæ  
ὁμοψύχως addidit. Nec res fallit. Etenim non consistit morbus  
iste in hoc, ut quis sibi imaginetur, se longum habere nasum, se  
mortuum esse &c. (hoc enim modo plurimi bonæ rationis homi-  
nes, & illi, qui extra dementiæ notam, depravatam habent imagi-  
nationem, melancholicæ desipientiæ accusarentur; item & dormi-  
entes.) Sed quod non cognoscant verum à falso, huic falsæ imagi-  
nationi adstipulentur, & in hâc obstinatè persistant. Fit autem  
utrumque tam ab imaginatione, quàm à ratione; illâ per se &  
ratione organi: hâc per accidens & errore objecti, pro tempore  
non sanâ. Favet huic nostræ opinioni suffragium Pauli Zacchiæ  
Phil. & Med. Romani Excellentissimi lib. 2. quest. medico-legal. t. 1.  
quest. 4. In quacunque dementia, inquit, imaginatio læsa est, sed  
per se delirium hoc non constituit, quia non errat, nihil negat, ni-  
hilque affirmat, non discurret, sed phantasmata intuetur; Ergo ra-  
tio erit illa, quæ, cum non sana, ex falsitate præmissarum vel falsum  
concludit, falsum tamen non agnoscit, vel ex non necessario ne-  
cessarium concludit, idque vel exemplo, vel enthymemate, vel in-



ductione, vel syllogismo. 1. Exemplo: Amicus meus sum si-  
pharmacum & mortuus est. E. Si assumam medicamentum, mo-  
rior. 2. Enthymemate: Plures in hac domo commorantes mor-  
tui sunt. E. & ego, qui in hac domo habitavi, mortuus sum. 3.  
Inductione: hic & iste, & alter & ille alter sunt mihi inimici, hi  
autem sunt omnes homines. E. omnes homines sunt mihi ini-  
mici. 4. Syllogismo: Mortui non comedunt, non loquuntur. Ego  
sum mortuus. E. mihi non comedendum, non loquendum.

Cæterum non omnia SUB EODEM GENERE continentur à me-  
lancholicis per phantasmata oblata, sed VARIÔ MODO, occulto &  
manifesto. Nonnunquam in una re tantum lapsus accidit, con-  
stante in reliquis iudicio. *Aretaus lib. 1. de caus. & sign. diuturn. cap. 5.*  
Talis ille erat, qui in apice digiti mundum se gerere persuasum si-  
bi habebat, nolens propterea mingere, ne simul cum mundo inte-  
raret. Alius quidam Patavii, referente medico illo famosissimo  
*Benedicto Sylvatico, Equite, & Lectore Primario Practico*, muli-  
eres quocunque obvias fugiebat, ne ab illis, quas acubus undique  
refertas esse ajebat, pungeretur. Consimilem huic & omninò ri-  
diculam *Paulus Zacchias l. c. quæst. 3.* historiam narrat, de quodam  
melancholico, qui Romæ in hospitali incurabilium vivens, cum  
ad interrogata cujusdam, de singulis delirantium conditionibus,  
prudenter admodum respondisset, tandem, cum alius quidam  
ipsis obviam factus, tristis & cogitabundus, hic, pergit ille, putat  
se esse spiritum sanctum, sed vide, quàm à vero absit, cum me-  
ipsum præsentem hic videat, qui vere spiritus sanctus sum.

MEMORIA vero non vel rarò læditur, ob crebram & innume-  
ram phantasmatum oblationem, quam retinere non valet. Illæ-  
sam verò testatur illorum versutia, quam in carminibus  
pangendis, lingvisque exercendis mirè produnt. *Forest. in suis  
observ. med. fide digna annotavit exempla lib. 10. obs. 15. & 19. in  
Schol.*

Porrò, quo ad differentiam specificam, II. ΑΠΡΕΤΟΣ vel  
sine febre est. *Galenus in comment. 1. prorrhet. 1. μάνησθαι*, i. e. in-  
sanire dicunt eos, qui citra febrem desipiunt. Hinc insania magis quid est  
delirio, iis præsertim, qui phrenetici dicuntur. *Hipp. 3 Epid. 3 s. 3. t. 6.*



III. CUM METU ET TRISTITIA CITRA MANIFESTAM CAUSAM. Tam arctè hæc inter se copulantur, ut secundum *Hercul. Saxon. Præl. Pract. lib. 1. cap. 16.* non sit melancholicus, qui non simul timeat & tristetur. Timor ad imaginationem spectat, quam depravatam sequitur, & est morbosus: Mæstitia vero est affectus sequens hunc timorem, undè contristantur, & dum tristantur, assentiuntur illi falsæ imaginationi. Hæc irrationabilis tristitia & metus (solent hisce interdum solùm desipientes se spectatum præbere) ansam dubitandi dedit *Johanni Manardo, Medico Ferrariensi notissimo*, quo minus Dn. Aurelium Recordatum, Equitem Mantuanum, melancholia hypochondriaca laborare posset, præter communem medicorum consultationem factam, crederet. *Marcell. Donat. histor. Med. mirab. lib. 4. cap. 8.* tamen eandem asserit; quam suo calculo comprobat *Amat. Lusitan. Cent. Med. Curat. 4. curat. 54. Galenus 3. de loc. aff. 7.* dum in Dioclem Carystium, qui melancholiam hypochondriacam traditurus, in separabiles illos characteres, ab *Hipp. 6. aph. 23.* allatos, *Φόβον* scil. καὶ *ἰσοθυμίαν* longo tempore perseverantem, omiserat, invehitur, subnectit, in hæc duo accidentia *Hippocratem* omnia melancholicorum accidentia coëgisse.

Nec tamen EIUSDEM timoris MODUS: Accidit, ut quandoque sint tristes, quandoque hilares; unam rem modò ament, modò odio habeant. Quam mentis inconstantiam in *Parmenisco Hipp. 3. Epid. t. 82.* annotare non oblitus fuit. Id quod non miramur, dum modò objectorum facilè sive difficulter assequendorum recordemur, ob quæ variis agitantur animi pathematibus. Sed cum *δευτέρας* hæc accidant, formalitatem melancholiæ non tollunt.

IV. NON CONTINUA tandem; respectu scil. illius, quæ essentialiter cerebro inest, quæ intermissionis expers; hæc accessiones habet, & modo septimanarias, modo menstruas & annuas. Hujus rei fidem supplet *Thomas Erastus consil. med. 14.* Et sequitur hæc accessio potius motum morbi ab accidentalibus, quàm ab essentialiter inhærentibus. Tàm diu enim delirare quis dicitur, quam diu præsentati phantasmatis falsitatem non agnoscit. Sic Romæ primarius nobilis Hypochondriacus, notabili delirii gene-



genere correptus, avem se esse affirmabat, aviumque gestulationes imitabatur. *Paul. Zacch. in tract. curiosissimo de' mali hypochondr.* Infaniunt nonnunquam manifestissime, ut in essentiali; nonnunquam planè nihil circa agibilia committunt, sed aliquid morbi accidens leve, quandoque pro intolerabili judicant. Sic Venetiis vir erat, qui quotiescunque domo exiens, insignes in utroque brachio perferentibus dolores, quos domi latens experiebatur nunquam

SUBJECTUM *πρῶτον δευτικόν*, ratione AFFECTUS est CEREBRUM, actionum *ἡγεμονικῶν πρῶτον αἰτίον*, quod hic per *συμπάθειαν*, ut pars similis instrumentalis spiritu infuso influenti que perfusum afficitur. Plurimi spiritus animales inquinatos sufficere in melancholiâ hâc hypochondriacâ contendunt. *Ludovic. Mercat. lib. 1. de intern. morb. curat. cap. 16.* omnem melancholiæ speciem ad cerebri intemperiem reducit, modumque, quo cerebrum ut instrumentum affici possit, optimè declarat.

Etenim nondum evictum fuit, utrum actio talis parti similari quoad intemperiem saltem, transgressa conformatione, quæ aliqua illi inest, ceu humori crySTALLINO patet, convenire possit & debeat.

*Thomas Erastus*, cum dubiæ hujus recordaretur sententiæ, in consilio 14. pro Wolfgango Hallero Tigurino melancholia hypochondriaca laborante, hæc addit: *Constat cerebrum & spiritus affectos esse; attamen hæc superstitiosè neq; distingvenda neque explicanda esse videntur.* Siquidem ratiocinatio neque absolutè organica est, neque absolutè similis, sed mixta ex utraque: illa temperiem substantiæ & spirituum: hæc amplitudinem cerebri, ventriculorum & spirituum continet. *Andr. Laur. lib. 10. Histor. Anatom. quest. 3.* Confirmat hanc nostram sententiam *Galenus 8. de usu part. 6.* exemplo visus nervique optici, monstratque, quomodo ad eam, quæ ipsis inest, cerebri portionē colorum externorum alteratio proveniat: imò nihil, ait, ex ipsius alteratione assequeremur, nisi τὸ ἡγεμονικόν ejus alterationem sentiat, & probat hoc iterum exemplo apoplexiæ. Sparsum etiam in hoc libro mutuam harum actionum inter se & non mediocrem utilitatem esse probat; perinde, ac spirituum animalium, de quorum officio *lib. de Plac. Hipp & Platon.* prolixè disputaverat. Cor de totius animalis salute viscus pro-



providum, sua sibi de hinc nata mala, non ignorat, quod in reli-  
quis passionibus, modò exaltari, modo comprimi, dilatari & con-  
stringi comperimus.

PARS AFFECTA, ratione CAUSÆ ANTECEDENTIS, secundum  
mentem Hipp. 6. Epid. com. 2. t. 20. & lib. prædict. f. 2. v. 108. sunt  
ΤΠΟΧΟΝΔΡΙΑ, i.e. partes in hypochondriis, supremâ infimi ven-  
tris regione, contentæ. Sed cum secundum Galen. 2. prorrh. 21. mul-  
tæ in hypochondriis contineantur partes, curiosos inter non leve  
dubium extitit, quænam tot partium una aut plures laborarent?  
Diocles Carystius Antigoni regis Asia Medicus, ventriculum primariò  
læsum suspicabatur. Alii ipsomet referente, πυλωρὸν affectum  
ponebant. Theophilus apud Avicenn. lib. 3. f. 1. t. 4. c. 18. jecur & in-  
testina accusabat. Quidam in venas mesaraicas, quarum memi-  
nit Mercatus l. c. & secundum illarum duplicem ramificationem, ut  
testatur Sennert. t. 1. prax. l. 1. p. 2. c. 12. culpam transferebant. Averrb.  
3. collig. c. 4. lienem cum Galeno 5. de loc. aff. 5. & 6. de loc. aff. 1. sedem  
affectus præcipuè concredebat. Nos cum Petro Salio facimus, qui  
in annotationib. ad Altimar. c. 8. cum junioribus, quamcunque par-  
tem his in locis contentam, in qua sanguis aduri, incallescere, suc-  
cus melancholicus aggregari atque ejusmodi evaporationes ad ca-  
put ab hoc elevari & melancholicum delirium parere possunt, pro  
parte affecta agnoscit. Ideò cum Massaria lib. 1. prax. cap. 21. ven-  
triculum & lienem primariò posse laborare non inficiamur, ob  
crebriores & magis manifestos, quos cum cerebro consensus ha-  
bent; non indè tamen reliquas partes eliminandas à πρῶτοπαθείας  
confortio esse, approbamus. Siquidem ut scribit Hipp. lib. πρὸς τρε-  
φῆς; ξύρροια μία. ξύμπνοια μία. ξυμπάθεα πάντα.

Erunt itaque pars affecta in specie VENTRICULUS, quem Pe-  
trus Salius l. c. semper affectum & exacerbationum potiorum causam  
esse existimat. JECUR & LIEN; tam secundum substantiam, quàm  
secundum vasa; partes officiales, quæ uti si s. n. operantur, toti  
corpori profunt; ita si p. n. operantur, ipsi graviter obsunt. Horst.  
in tract. suo de Scorbuto. MESENTERIUM, ad quod OMENTUM &  
PANCREAS refertur. Hinc Caspar Baubin. Theatr: Anatom. l. 1. c.  
19. πείνεας à Varolio secundinis in foetu comparatum, unà cum



mesenterio & omento melancholiæ hypochondriacæ sedem & sentinam publicam non rarò fieri voluit.

CAUSA IMMEDIATA est obtenebratio spirituum animalium, quâ phantasma tenebricosum *Capivaccii* sequitur. *Galenus* 3. de loc. aff. cap. 7. 6. apb. 23. & 3. de causis sympt. cap. 7. dispositionem hanc spirituum animalium obscuram & atram constituit, à quâ etiam timorem & mœrorem proficisci docet. Nam ut spirituum puritate (sunt enim hi proximum supremarum facultatum instrumentum) & subtilitate, animi munia laudabiliter administrantur: ita eorum impuritate, crassitie & frigiditate phantasiæ idola commaculantur, deturpantur, animoque, quæ sæpius & nusquam sunt, offeruntur.

*Averrhoes* 3. collig. omnes illos, qui in hoc *Galenum* sequuntur, cantilenas præ se ferre ait, eosque pluribus refutat, tandem & suam addit sententiam, docendo, melancholiam à specie malæ complexionis, frigida & sicca oriri; quæ ceu erronea jam pridem à scholâ *Aisclepiadeâ* reprobata fuit.

Afficiuntur autem spiritus animales, non secundum TOTUM, sed secundum PARTEM: neque secundum PRIMAS qualitates tantum, sed & SECUNDAS & OCCULTAS, (ad quas *Plateri* malignitas refertur) in singulari fundatas *ἰδιοσυμπερίαι*. Spiritus hi falsarum rerum species à phantasiâ oblatas pertinaciter retinent, quia turbidi, crassi & melancholici, ex quibus ab intellectu falsæ propositiones formantur, & ex his falsò concluditur: quod fit pluries iteratâ falsarum imaginationum representatione, circa quas ratio dubitans, cum prioris non oblita, num vera sint nec ne, rudimenta quasi ponit delirii: quibus si tandem consentit, insanire prorsus dicitur. Discursum hunc eleganter pertractat *Jul. Cesar Claudinus Respon. Med. epist. 21. ad Franciscum Massinium Medicum Regiensem*, ubi disquiritur, cur in vertiginosis, in quibus perindè ac in melancholia imaginatio leditur, error cognoscatur, in hac verò non? Illic namque spiritus per accidens & quoad motum peccant; hîc verò secundum essentiam suam, seu ab effectu suo naturaliter distant.

MEDIATÆ PROXIMIORES, quæ obtenebrationem hanc spiritibus animalibus conciliant, sunt I. MODUS SUBSTANTIÆ ipsius  
ce-



cerebri, quem in inveteratâ αἰσχρολογίᾳ esse nemo credat. *Petrus Forestus* cerebrum camini parietibus simillimum esse dixit, qui quantumvis albißimi, à carbonum fumo ascendente tamen facillimè denigrantur. Et verisimile admodum est, non solum spiritus animales inquinari, sed & ipsos parietes & medullarem substantiam aliquid pati. 2. VAPORES atri, obscuri, elevati à calore debili ex humore melancholico in hypochondriis stagnante & redundante. Sententiam hanc clarè proponit *Galen. in com. in 6. aph. 23.* mœrorem non aliunde proficisci, quàm à nigredine hujus humoris aut vaporis melancholici, & similem esse tenebris externis, quæ sicuti omnibus timorem incutiant, ita & illam, simili modò, si mentis sedem occupaverit, timorem atq; mœrorem efficere. *Avicen. lib. 3. f. 1. t. 4 cap. 18.* huic consentit, dum melancholiæ causam in malitiâ complexionis frigidæ & siccæ permittente cerebri substantiam & complexionem luminosi ad tenebras, consistere, retulit. Humor hic melancholicus non ejusdem est conditionis, sed p. n. & peculiariter dispositus, quo ipso distingvitur ab illo, per quem nobis optima quæque contingere *Plato in Phædro* scripserat. Hæc forsân calcar *Platero* addiderunt, ut non solum hunc humorem frigidum esse, sed & calidum, fœculentum & cujusdam malignitatis participem, qualis lemini corrupto aut sanguini menstruo propria, ut ait *Galen. 6. de loc. aff. 5.* crederet. *Matthiolus*, caput melancholicum caput diabolicum per eundem fieri humorem posse, voluit. *Salvus de affect. particular. c. 15.* vult melancholiam morbos facere non posse, priusquam in atram bilem desinat. Huic autem nullum nomen inditum, clarissimè testatur *Galen. 2. de natural. facult.* Quod desumpsit ex *Hipp. 1. de Natura pueri 4. 18. & seqq.* ubi loco ὕδατος habet μέλαν & μέλαινα χολῶν, diversa nomina eandem rem significantia, quam humoris mirifici dissimilitudinem *Cass. Hoffman. Nostratium Aquila* classicâ autoritate magis enucleatam proposuit in lib. singular. de usu lienis cap. penult. Quam atram bilem tamen, ut vulgò nominant, quomodocunque genitam hæc præstare eodem modò velim, quò elato veluti fuliginoso ad oculos halitu, suffusionem fieri, nos docuit *Galen. 3. de loc. aff. 7.* quæ quidem εὐπύρωσις quandam passa, sed ita, ut nunc cum sua causa non persistat amplius, quod si persistat,



Rat, non rarò mania melancholiam præcedit, & melancholiæ ini-  
 tia maniacum quid habere, testatur præter *Arætaum lib. 3. cap. 5*  
*Remb. Dodon. observ. med. c. 10. in schol.* Estque modo SIMPLEX, mo-  
 dò MIXTA, cum pituita scil., bile & sanguine; sed ita, ut prædomi-  
 nio suo has omnes vincat. Hinc alia fit cum somnolentia, alia  
 cum vigiliis, alia cum risu, alia cum lachrymis, *Avicen. & Hercul.*  
*Saxonia loc. supra allegat. Hipp. omnia hæc 6. aph. 53.* vel  $\mu\epsilon\lambda\alpha\chi\omicron\lambda\iota\alpha$   
 λωτ $\Theta$ , vel  $\mu\epsilon\lambda\alpha\chi\omicron\lambda\iota\alpha$  accidere autumat. *Hollerius in commento*,  
 diversitatem deliriorum pro ratione corporis & materiæ redun-  
 dantis in ipso fieri, addit, quemadmodum, ut *Arist. 3. probl. 1.* scri-  
 bit, alii atque alii aliter à vino afficiuntur. Quâ virtute verò vinū a-  
 gat, videri potest apud *Thom. Erast. lib. de vap. Divinus noster senex lib.*  
*de morb. Sacra.* à pituita quosdam insanire (utitur verbò  $\mu\alpha\iota\nu\epsilon\omicron\theta\alpha\iota$ )  
 & quietos; quosdam à bile & vociferatores fuisse, observat, quam  
 sententiam plurimis historiis illustratam in Epidemicis & Pror-  
 rheticis doctrinis reddidit. *Hieron. Mercur. in consilio pro Ambrosio*  
*Doria, tom. 4. cons. 25.* varietatem hanc in ipso paroxylmo factam,  
 conspexit. *Prosper Martianus Romanus*, strenuus commentator  
 in *Opera Hipp. com. ad aph. 21. s. 6.* plurima parte maniacos pituito-  
 sos in hospitalibus visos, commemorat; sicuti & usu comperimus  
 in quartanariis, sæpè pituitam evomi, cum emolumento &  $\epsilon\upsilon\phi\omicron\omicron\iota\alpha$   
 ægrotorum. *Johan. Baptist. Montan. in consiliis à Vicentio Cassali*  
*typis excussis Parisiis*, atrabilarios, splenicos & hydropicos pari con-  
 sangvinitatis gradu gaudere dixit, & ob id  $\mu\epsilon\lambda\alpha\chi\omicron\lambda\iota\alpha$  semper,  
 ut ait, habere aliquid admixtum pituitam evacuans, ut in confe-  
 ctione *Hamech, Electuario Indo &c.* videre est.

Nec omittendus vaporum horum Motus, pro cuius varie-  
 tate varius symptomatum lusus percipitur; varia oriuntur de-  
 liria, sicuti illis, qui magnum nasum se habere credebant, acci-  
 dit.

CAUSÆ REMOTIORES, à quibus generantur, foveantur,  
 & suscitantur hi vapores melancholici, variæ sunt, & possunt  
 referri

I. ADNATURALES. TEMPERAMENTUM totius. Partium  
 mittentium, imò & recipientium DISPOSITIONES, quas cum *Rio-  
 lano & Hoffmanno* intemperies naturales vocamus. Calidos & sic-  
 sic-



eos, frigidos & siccos, sicque in atram bilem propensissimos, iudicat *Galen. 2. de temperam. cap. penult. & ad finem usq.* Hipp. 1. *Epid. s. 1.* hirsutos & graciles huic malo subjectos, recenset. *Galen. 3. de loc. aff. 7.* ætate consistentes, qui macri, hirsuti, nigri sunt, fecundos ad morbum hunc suscipiendum, suscipit. Interdum rufi coloris homines affatim in melancholiam incidunt, qui habitus sunt sanguinei, heparque calidum & humidum habent. Hoc præter Hipp. observavit *Mercurialis in consilio pro Adamo Polono.* Confer & HÆREDITAS mali, quam eandem cum divitiis in liberos deponunt parentes. Sic Hispanis & plurimis Galliæ provinciis familiares melancholiæ, esse solent *Autore Rondeletio.* *Plutarchus* ex necessitate quâdam eandem liberis obvenire putat *lib. de Serâ Numinis vindictâ.* Præter hos & SENES affici *Cælio Aurel. & Avicenn.* placuit. *Aretæus cum Avicenn.* MULIERES in scenam hanc producit, quas gravius hoc malo correptas credidit. PUERI idem incurrent, si illorum temperamentum, ætatem & victus rationem diligenter examinaveris. Hæc temperaturarum dyscrassia, deliriorum quorundam physicorum causa non vulgaris & ultima esse solet. Propterea quidam, temperamenti frigidi & sicci, ollas se esse, quidam clunes vitreos habere, sibi imaginabantur.

II. NON NATURALIUM rerum syllogen ostendit *Galen. loc. cit. de part. aff. 7.* Inter has occurrit I. AËR, frigidus, crassus & turbulentus. VENTI; Auster & Borealis. Sic meridionalis plagæ incolæ, uti & Æthiopes, propter aëris constitutionem calidam & adurentem, promptius in hoc vitium inclinant. Ex INSOLATU nimio mulieres quasdam Venetas in melancholiam delapsas, producit *Hercul Saxonia cap. de melanch. Hipp. lib. de aer. aq. & loc.* vitio regionum eandem cum *Arist.* fieri non dubitat. Loca uliginosa, palustria, marina, præ cæteris ad epaticas & spleneticas affectiones gignendas plurimi momenti vim habent. Cœli item status, inclemens anni tempus autumnale, ἀνωμαλία τῆς ἐσσεως, & vernale per accidens.

II. CIBUS ET POTUS, *Basilio τὸ ποικίλον τῆς διαίτης* dictus, frigidus & siccus, partium terrearum ac flatulentarum; item, calidus & acris, quo victus genere Itali & cum primis Ebræi delectantur, eadem de causâ ab *Amato Lusitano* atrabilarii vocati *Cen-*



*turia 4. curat. 42.* Cibi putridi, aquæve putrida quid valeat, confirmare videtur historia *Avenzoar* lib. 1. Teiz. tract. 9. cap. 9. Sed sicut sanitas non consistit, ut ex *Galeno* monet *Dominicus Sala* in *Arte sua medic.* in nuda organorum sed & in ejus ad actiones legitimè exercendas dispositione, proportionemque quasi geometricâ, quæ requirit, non qualitatem & quantitatem tantum, sed & modum, ordinem & tempus: ita cibus & potus, non tantum substantiâ, quantitate & qualitate, sed & ordine, tempore &c. prætermisso, causæ morbiificæ rationem subire possunt, quorum catalogum continet *liber 3. Galen. de facult. aliment.*

INEDIA, FAMES, præterquam quod corpus exsiccant, agitando humores, non postremâ manû operi admovent. Ex victu parco pravoq; Clerici & inter hos Carthusianorum ordines ichthiophagi, melancholiâ pluries affliguntur, ut notat quoque *Forestus lib. 10. obs. cap. 16.*

MEDICAMENTA, calefaciendo & refrigerando, non minus visceribus naturalibus noxam hanc delitescens aperiunt. *Mesu. cap. de melanch.* medicamenta cathartica cum igne comparat, qui paleam trahat intacto ligno. *Reinardus Solenander*, ex cantharidibus, à quodam seplasiario pro excitandâ venere propinatis, melancholicum hypochondriacum sub curâ habuit *conf. med. 9. Sect. 1.*

Huc spectant, quæ FORIS ASSUMUNTUR, ut: Inunctiones, frictiones, fomenta, balnea, quæ re non exigente & nondum cognita, sinistrè applicari solent. Experti id confitentur ii, qui flatuum insolentia occurrentes, medicamentis discutientibus & carminativis, morbum exasperari & ocissimè in peius verti, videntur. *Montanus*, ex incautâ thermarum frequentatione eundem affectum tanquam ex equo Trojano profiliisse, didicit.

III. SOMNUS immoderatus & præposterè institutus, nisi causa aliqua permittens præcesserit, torpidos reddit sensus, & viscera aggravat. *Hipp. 2. aph. 3. Avicenn. 3. 1. doct. 2. cap. 9.* & ob id tutus non est, de hoc eleganter *Martialis*:

Dor-



*Dormitis nimium glires, vituliq; marini;  
nil mirum si vos crassa Minerva petat.*

De somno MERIDIANO nemo dubitet & hunc pede suo melancholicorum pulsare tabernas, præsertim ubi in corpore cacochymico, & distributionis potius, quàm coctionis vitio laborante, inventoque more instituitur. Præter somnum ΑΙΡΤΙΝΙΗ (ἀμφοτέρω enim ἔμπερις μάλλον γνώμευα κακόν) exiecat corpus, humidum, radicale, dissipat spiritus, crudiatum & flatuum causa existit potentissima. Non mirum itaque, si plurimi eruditorum hâc corripiantur miseriâ, qui continuis lucubrationibus, animum cum corpore laborare faciunt. *Petrus Forestus* in studio Lovaniensi duos fratres Germanos, continuis vigiliis victuque tenui se macerantes hoc malo detentos sub curâ habuit.

IV. Morus sive exercitia intempestivè adhibita, eandem navant operam in malo ovo hoc excludendo, siquidem *2. Aph. 4.* neque id, quod modum excefferit, bonum est. Morbum hunc, equitatione, post cibum factâ, excitatum, in patienti suo notatu dignum judicat *Thomas Erast. cons. suprâ cit.*

QUIES seu vita sedentaria, suum quoque hic symbolum confert. Ἀκροσις ὕψις, ἀπογίνεσθαι, ἀοκνή πόνων, ait *Senex noster 6. Epid. com. 4. t. 20.* Ex quiete enim multa excrementa in corpore detinentur; calor non excitatur, excitatus non eventilatur, sed plurimæ exindè suboriuntur obstructions, quæ ad vapores hos generandos oppidò conferunt. Sic qui profundis inter, & post cibum indulgent meditationibus, legunt, releguntque libros, frontemque corrugant coacervatis cruditatibus in malum hoc dilabuntur.

ΤΑ ΕΠΙΤΗΔΕΥΜΑΤΑ, ut morborum ita & particularium deliriorum causæ succedunt. Cogitationes fixæ ex vitæ genere productæ variant deliria. Sic qui cœlestia meditantur, Deos credunt; qui sacra, Pontifices. Quidam, cum à medico curati esset, nolebat ipsi gratias agere, eò, quod ex Pontifice ipsum mendicum fecisset. *Platerus* generosum quendam comitem circa  
con-



confectionem auri delirantem *l. i. obs. med.* meminit. Mercator ditissimus *Foresto* mendicum & pauperem semper se offerebat. Quidam Narcissum somniant. Mulier quædam Veneta amore propriæ formæ irretita, nuda per plateas oberrabat, indecorum rata, si eburneum hoc decus vestibus obvelaret.

V. EXCRETA, si retineantur aut non debitò modò evacuentur, ut sunt: excrementa alvi, urina &c. coctione quippe per hæc impedita & vaporibus tetris ac vitiosis ad caput transmissis. RETENTA sunt hæmorrhoides aut aliæ consuetæ particulares unicuique individuo evacuationes, si intermissæ fuerint, non minus ac illa, ignem hunc augere dicuntur. De hæmorrhoidibus, per quas natura peccantis humoris sarcinam deponit, retentis, historiolum adjecit *Galen. 6. aph. 47.* VENUS nimia homines reddit inermes, dissipat calidum nativum, corrumpit animum & corpus, cuius usum nullum esse Epicurus dixerat. Ob id à magni nominis medico dictum fuisse audio: *Quoties quis coit, toties partem suæ sanitatis amittit.*

VI. ANIMI ΠΑΘΗΜΑΤΑ Hydram hanc Lernæam concatenatis viribus in scenam producant. Ex TIMORE, mulier quædam, inclinante vespere, patibulum prætergressa, verita ne urbe excluderetur, in melancholiam diuturnam incidit. TRISTITIA consumit & depascit cor hominis, quemadmodum historici de P. Rutilio, & Henrico XVIII. Imperatore ab imperio deposito, referunt. MŒRORE, ut *Platerus tom. 1. prax. c. 5. de alienat. ment.* notat, deprehensa mulier ob adulterium inscieniter commissum, in melancholiâ desperatissimâ abiit. CURÆ, promptissima causarum una hæc præsertim rerum facie, non ultimas sustinent. Coryphæum inter has AMOR agit, sanus atque & insanus. Ales hic profectò interminabilis est, & supermodicum Tityi jecur rosit, ut plurimi desperabundi nec sibi met ipsis violentas manus intulerint. Cuius indolis variis coloribus illustriorem posteritati reliquit *Aristoteles* festivissimus scriptor *lib. 1. Epist. amator.* Patavii nobilis matrona erat, quæ se à marito non amplius amari, causam sui delirii unicam suspicabatur. Infinita propemodum amantium deliria sunt. *Erasistratus, ut refert Valer Maxim. l. 5. c. 6.* Antiochum Seleuci Regis filium, Stratonicæ novercæ amore langvere est odo-



ratus, qui postea ob servatum Antiochum sexaginta aureorum millibus est donatus.

III. RES PRÆTER NATURAM, sunt tria summa morborum genera, quæ ex variâ humoris melancholici segete fertili proven-  
tu emergunt.

VENTRICULUS, assumptorum ciborum & potus caldarium, si nimis æstuet, aut refrigeretur, nemo non ignorat, quas cruditates, flatu, & everfiones producat, reliquisque visceribus impertiat. Etenim primæ coctionis vitia difficillimum in secundâ, & ferè nunquam in tertiâ emendari solent.

EPAR inflammatione obiectum, obstructione oppressum & tumoribus scirrhis refertum nequit aliter, quàm ἀμάρωσιν suam perdere, humores adurere, liquare & ichorosæ colluviei causa esse, cujus extranea caliditas humores variè agitados in flatu convertere solet.

LIEN, tonstrina humoris melancholici, siquidem frequen-  
tius cum epate laborat, si neque illa officiô suô rectè fungitur, non potest non suâ intemperie frigidâ & siccâ, calidos, siccos tenuesque humores incrassare, infarctus moliri, totamque œconomiam turbare fieri. Hinc *Trajanus Imperator* fîscum lienem appellabat; nam, fisco ditescente, populus depauperatur. *Reinerus Solenander* utrumque hypochondrium multo cruore, tanquam atrô jure, distentum & oppletum sæpius in cadaveribus reperiit lib. 7. conf. med. 8.

*Mundinus in Anatom. c. 13.* cum Carpo MESENTERII corpus glandulosum, humore crassô atro & melancholico refertum, matrem affectus accusat.

*Volcherus Coiter*, se in quodam cadavere PANCREAS & OMEN-  
TUM contractum & ligno durius deprehendisse, notat.

*Felix Platerus* corruptum EPIPLEON in melancholico ventre, causam fuisse affectus, didicit.

Pancreas, quod non vulgares medici spurium lienem appelli-  
tant, steatomatosum *Philipp. ab Ingrassia Neapolitanus lib. de tumor. p. n. tract. 1. cap. 1.* in cadavere quodam dissecto repertum, exhibuit. Hunc eundem in herbâ latentem angvem *Johannes Veslingius Eq. Hierosolym. & Anatom. Patavinus Primarius Ordinarius*, publico in-  
theatro visui nostro subjecit.



VERMES eandem parere posse extra rem non est. Notat *Placerus lib. 1. obs.* quendam, dum à vermibus roderetur, putasse se ranas in ventre habere.

Succedit prætereà FEBRIBUS acutis, quali quondam hîc in viciniâ patiens corripiebatur: Et morbis CHRONICIS. Quandoque est CUM FEBRE. *Hollerius* Burgundum quendam Lutetiis febre acutâ decumbentem insanire vidit. *lib. de morb. intern. cap. de melanch. in schol.* Morbo GALLICO succedaneam observavit *Saxonia*. Simile exemplum in nobili quâdam herâ Patavii nobis videre licuit.

CEREBRUM alembici in modum, trunco ceu cucurbitæ suæ superimpositum, spongiæ instar, immodicâ intemperie, humida, calida, frigidaque irroratum, exsiccatumve, aut malâ partium conformatione deformatum, onus hoc patienti tergore suscipit. Hoc *Galen. 3. de loc. aff. 7.* exemplo epilepsiæ in melancholiam transmutatæ, & viceversâ, innuere voluit.

*Rembertus Dodonæus* sub manibus habuit, qui in juventute epilepsiâ laborasse dicebatur.

IV. Tandem & SUPERNATURALEM causam non omittimus, neque in hoc ipso affectu, τὸ θεῖον negligimus, quandoquidem dantur talia deliria, quæ an dæmoni aut falcinationibus imputari debeant, cuilibet judicandum relinquimus. Quorundam quoque nulla vel probabilis ratio dari potest, qualis annotata historia apud *Hipp. 5. Epidem. t. 49.*

DIFFERENTIÆ I. RATIONE GENERIS. Totuplex est, quot depravatæ imaginationis species. Alia tamen mitis, alia vehemens. Alia hæreditaria, alia ascititia. Quædam per jocos ab *Amato Lusitano* contagiosa dicta, quæ totum hominum consensum melancholicum reddit.

II. RATIONE SUBJECTI; alia est totius, alia partium. Alia per essentiam, & hæc vel per πρωτοπαίδαν, vel δευτεροπαίδαν; alia per consensum. Alia radicatur in ventriculo, alia in epate, alia in liene, alia in mesenterio, pancreate & omento.

III. RATIONE CAUSÆ. Alia dicitur pura & exquisita, alia spuria. Imò secundum varietatem hujus humoris, prædominantibus modò tenuioribus, modò crassioribus partibus, alio-



aliorumve commixtionem, totuplex est, quotuplex illorum concursus & commutatio.

IV. A TEMPORE invasionis & durationis; alia ante cibum, alia post ipsum corripit. Alia manè, alia vespèri; nocte, alia die. Servat alia suas periodos, & vel septimanarias, vel menstruas vel solares, alia verò non, Quæ omnia ad prænotationem & curationem morbi plurimum faciunt.

V. A SYMPTOMATUM comitatu. Quædam est cum febre, quædam sine febre. Quædam cum convulsione; quædam, cum angore ventriculi. Alia cum ulceribus & varicibus. Alia, cum fluxu ventris; alia cum vertigine; alia cum difficili deglutitione, nausæa & vomitu; alia cum dolore, cum gravitate dorfi; alia, cum puncturâ totius corporis. Exempla passim in consiliis medicis, scitu digna, occurrunt.

SIGNA succedunt ΔΙΑΓΝΩΣΤΙΚΑ, in quibus tanta latet obscuritas, ut medentium *εὐστοχίαν* majori ex parte eludat. Sunt vel communia vel propria.

COMMUNIA sunt: 1. TRISTITIA & METUS, ut tradit *Galen 3. de loc. aff. cap. 7. ex Hipp. 6. aph. 23.* Sine febre, 2. *de caus. sympt.* 2. RUGITUS, murmura ventris, æstus in præcordiis, VOMITUS, ructus, teste *Diocle loc. sæpius citat.*

PROPRIA I. RATIONE GENERIS, satis manifesta apparent ex læsæ actionis formâ, quam suprà dedimus, quorum ope distinguitur 1. A PHRENITIDE, quæ cum febre accidit. 2. A MANIA, quæ fit cum irâ, jurgiis & audaciâ. 3. A CAPITIS ESSENTIALI; quæ continuò affligit, & fomitem mali in ipso generatum vel collectum continet. Simili ratione à ut 4. illâ, quæ fit per CONSENSUM CORDIS & TOTIUS, quæ præter id nil insigne in hypochondriis p. n. adjunctum habet. 5. AB UTERINA, quæ propriis suis signis eo ipso, dum affectum hunc patiuntur mulieres, cognoscitur. 6. A VERTIGINE & aliis pravæ imaginationis vitiis, quæ spiritus animales secundum esse suum obtenebratos non habent. 7. A MALO HYPOCHONDRIACO, in quo abest metus & tristitia atque obtenebratio spirituum animalium, à vapore melancholico introducta, utpote, quæ à diversis humoribus peccantibus generari possit.



Desumuntur autem illa ex tribus fontibus usitatis. 1. EX PROPRIA PRÆPARATIONE, cum agens non agat, nisi in corpus benè dispositum. 2. ANTECEDENTIBUS, & 3. CONSEQUENTIUS. Horum quædam patefaciunt

I. INCIPIENTEM: TRISTITIA & METUS IRRATIONABILIS; à fuliginosis vaporibus, spiritibus animalibus commixtis. Nonnunquam satis hilares sunt, mox sine causâ in tristitiam recidunt. SOLITUDINIS DESIDERIUM ob falsarum terribilium imaginationum rudimenta quodammodò firmata, ipsis accidit. VIGILIAS, SOMNOS TURBULENTOS, VERTIGINES, SUFFUSIONES & TINNITUS aurium patiuntur, ob vapores melancholicos eodem modo his animæ instrumentis permixtos, & cum his variè in gyrum agitados. HYPOCHONDRIORUM JACTATIONES, dolitationes, & RUCTUS ventris post cibum invadentes, ab humore melancholico peccante, viscerum extraneâ caliditate liquato, inque flatus converso, qui postea vi naturæ coerciti, inter duplicatas mesenterii tunicas subsident. PANDICULATIO totius corporis, FORMICATIO & TITILLATIO in musculosis partibus, HORROR & RIGOR, vapore, quem toti corpori infestum esse ajebat *Galen. lib. de atrâ bile*, à centro ad *ὠσφύρας* propulso.

Quædam AUGESCENTEM ostendunt, in quibus omnium symptomatum modò dictorum *αὐξήσις* major & absurdarum imaginationum confectio luculentior deprehenditur.

III. Quædam CONFIRMATAM exhibent, in quibus non tantùm major fictionum sequela & studium perſentitur, verùm nunc acerbissimis cruciatibus corripuntur, interdum CONVULSIONIBUS, rapto ad principium nervorum inimico halitu, qui nervos potius contrahit, quàm resolvit *teste Eugaleno*: nunc PALPITATIONIBUS, animique deliquiis, ob ventriculi consensum vel vaporum ad cor ascensum, præcipuè si supini lecto jaceant; tunc enim vapores rectâ ad cor, non verò ad cerebrum feruntur, ut *Thomas Erastus* loquitur. RESPIRATIO DIFFICILIS, DOLOR & CONSTRICTIO hypochondriorum & pectoris, vel propter materiæ in intercostalium musculorum spatia decubitum, vel propter diaphragma à vaporum copiâ compressum, vel denique propter ipsum, etiam epatis pondus, quò simul præter diaphragma & musculi abdo-



dominis malè afficiuntur, sicque omni ex parte liber respirationis usus imminuitur & intercipitur.

II. RATIONE SUBJECTI, scitu necessarium est, quæ nam pars primariò laboret; huic enim primò occurrendum vi methodi erit: deindè & illi per consensum afflictae, cujus character est sensibilis ad alterius partis laborantis motum vel remissio, vel intensio. Hypochondria in *GENERE* oblæsa indicant prognostica *Coacorum prænotionum*.

In *SPECIE* verò si *VENTRICULUS* fomitem mali dederit, ex vitiosâ illius coctione facile deprehendere licet.

Adsunt enim *NAUSEA*, *ORIS VENTRICULI LANCINATIO*, *FAMES*, *RUCTUS* acidi, nidorosi, quandoque & insipidi. Apparent talia, quovis quidem morbi tempore: attamen si hic primariò laboret, magis statu jejuno. Siquidem humor in eodem vacuo peccans à naturâ validius exagitur, & sensibilior motus percipitur, isq; molestus ob humoris efferi impetus, qui tandem ructu flatuque expelluntur. *VRINÆ* crudæ, crassæ turbidæ, cum multo & diversî coloris sedimento, dum in insigni hac perturbatione, crudiores & nondum satis elaboratæ chyli partes, coctionem subtergressæ, ad epar, renes, tandemque vesicam ocylus, quàm par est, rapiuntur, adsunt.

Si *EPAR* primariò laboret; adest *TENSIO*, *DURITIES*, & *DOLOR* obtusus, obstructi & inflammati jecoris signum. Dolor in alto humeri & claviculis, ob ichorosos saliosque humores, articulorum terminos perreptantes & ossium ligamenta insimul vellitantes, se jungit. *URINA* tenuis & rufa, item *SUDORES* *COPIOSI*, humorum tenuium ab hepate plus justò calidiore confectorum, vel à propriâ vel principum viscerum robore, ad ambitum corporis locavè consveta depulsorum, naturam exhibentes. *SITIS*, *MAXILLARUM* rubor, extremarumque præcipuè vero volæ manus & plantæ pedum calor mordax & molestus, conceptam visceris phlogosin denotans, quam tunicarum & vasorum ope, cuilibet, dilargiri solet. *ALVUS* adstricta, si ingestis non respondeat, vim igneam excrementorum humiditatem absorbentem, præfagit.

*VOMITUS* biliosi, & æruginosi, materiæ ad ventriculum præcipitatae & corruptæ, signa sunt. *LIBIDO* & in venerem propensio,



feminis serosi & flatulenti indicium est. Hinc hypochondriaci sunt salacissimi. Ructus & flatus post cibum vehementius concitantur, utpote chylô extraneâ caliditate visceris humorisq; perfidiâ cohibitô, inque flatus resolutô.

In LIENE si sit vitium, præter tensionem, DURITIEM hypochondrii sinistri, doloremque gravativum, FACIES malè colorata apparet, humoris peccantis atrii & plumbei non tam hospitium, quàm luxum denotans: Caninâ appetentiâ corripuntur, acidô lienis, aiebat *Galen. 6. de loc. aff. 1. ad ventriculum transmissô succô. Vomitus atrabilarii*, quorum meminit *Matth. Martini lib. de affect. hypochondr. p. 176.* URINÆ turbidæ, nigræ & copiosæ, malitiam redundantis humoris viscerisque ἀντιπρᾶξις significantes. Graviora circa spiritalia membra ipsis accidunt, & adfunt quandoque passiones scorbuticæ.

Si MESENTERIUM; adest Æstus, circa præcordia, Dolor per spinam dorsi sub osse sacro & vertebris lumborum excurrens, humoris in glandulosas corpusculi hujus partes decubitum, patrefaciens. CONSTRICTIO ventris infimi cum prioribus causâ coincidit. PALPITATIO seu præcordiorum pulsatio, secundum *Hipp. Coacar. Prænot. lib. 3. f. 2.* à *Galeno* vel à flatibus, vel ab arteria magna dorsi internam partem pereptante, compressâ, vel insignem phlogosin perpeßâ, ortum suum trahere judicatur. VOMITUS in his crebriores sunt, ubi ad exitum chylus paratus propter vasorum obstructionem retrolabitur, & retrolapsus in flatus ructusvê convertitur. Reliquarum partium annexarum, PANCREATIS scil. & OMENTI vitia iisdem ferè signis innotescunt, nec difficilioris judicii examen postulant. Oracula de his in praxi, si quæ sunt, decerpantur.

III. RATIONE CAUSÆ. An una sit an multiplex, & vel serosa, vel pituitosa, vel biliosa præter melancholicam, tam ex supra dictis, quàm ex ipsis causarum locis, nullo non negotio cognoscitur. Cæterum atram bilem qui ignorant, videant *Galen. 2. de natural. facult.* qui ipsam radentem, acidam stipticæque virtutis plenam esse, pronunciat. Hæc tamen enarrata mali signa nec simul & semper, neque in omni tali affectu adsint necesse est, sed sufficit, si quædam & potiora ex his intentioni medici curantis subveniant.

IIPO-



ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ his succenturiantur, è quatuor distinctis locis petita, vel ab *essentiâ affectus*; vel à *tempore*; vel à *causâ*; vel à *viribus*. Sunt autem

I. SALUTIS vel MORTIS, RATIONE GENERIS. Malum, hoc suffragante Hipp. 1. de morb. f. 2. t. 2. per se non est lethale, nisi aliud accidat. Magnus tamen est. Incipiens nihilominus facilius curatur confirmatâ. Item facilius, quæ fit cum risu. Hæreditaria, rarò aut nunquàm, sicut & illa, quæ medicamentis nec ullis aliis auxiliorum remediis cedit. Notabilis de hac Hipp. *predictio est* 7. aph. ult. *ὅσα φάρμακα σὺκ ἴηται, σίδηρος ἴηται. ὅσα ἢ σίδηρος σὺκ ἴηται, πύρρον ἴηται, ὅσα ἢ πύρρον σὺκ ἴηται, πάντα χεῖρον ἰσχυρίζονται.*

II. RATIONE SUBJECTI. Viri minus desperati habentur mulieribus. Et propter morbum ætati consistenti præprimis respondentem juvenes & viri felicius senibus & pueris convalescunt. Difficilior cura est, si omnes partes simul afflictæ conspirent, quam si harum duntaxat una. Etenim maxima inter tot, diversæ temperaturæ partes oritur indicationum repugnantia. STOMACHICA, vitio in cavitate ejus hærente, aut ab externo errore dependente, citius SPLENICÂ, ab induratione obstructione inflammationeque ortum tracta, removetur. EPATICA vasorum orta, ob vitium, levior; secus si substantiâ laboret. Mesentericæ laboriosior curatio est. Difficillima OMENTI habetur, ad quod nec medicamenta suâ vi integrâ pervenire, nec aqua flatusve illinc commode educi possunt.

III. RATIONE CAUSÆ. Facilius aufertur, quæ ab atrabile leviter adustâ, quàm quæ à vehementer retorridâ. Pejor est, si alios humores in consortium traxerit, ob quorum conjugium tamen felicius hac vel illâ cedit, pro ut vel sanguis, vel pituita, vel bilis manum malo addiderit. Pessima est, quæ ab occultis agit, cujus ut cognitio, ita & curatio perdifficilis est. Minus molesta, quæ periodos habet, quam quæ erratica est, & symptomatum vehementiâ caret.

II. LONGITUDINIS RATIONE, chronicus hic est; hyberno tempore non adeò gravis quàm vere; eo enim tempore hu-



humores accenduntur, moventur & sanguini permiscuntur. *Galen. 3. aph.*

III. MODUS EVENTUS. Ad SALUTEM terminatur robore naturæ materiâ ad ignobiliores partes, vel emunctoria transmissâ & vel per varices, hæmorrhoides, mensiumque fluxum; vel per criticam aliquam evacuationem, ut per vomitum, dysenteriam, expulsâ, de quâ *Celsus lib. 2. cap. 8. & Hipp. 7. aph. 5.* HÆMORRHAGIA naris sinistra quandoque hoc malum solvit. Nigrarum URINARUM, citra viscerum colliquationem, excretio salutem quandoque pollicetur. Paroxysmi ut plurimum flatibus καὶ τῶ καὶ αἵμα<sup>7</sup> prorumpentibus, horrore, pandiculatione corporis, blandoque sudore dissolvuntur. Ad MORTEM ducit vel REPENTÈ; & sic plerumque ægroti in paroxysmis illorumque vigore, quo tempore omnia sunt vehementissima, deficiunt: vel SENSIM, dum in apoplexiam vel epilepsiam *Hipp. 6. Epid. in cale*, convulsionem, cœcitatem, & febrem quartanam; *Avicenn. loc. cit. in maniam, Aret. loc. cit. in hydropis in extincto & suffocato viscerum calore; in athrophiam totius corporis; in sanguinis spuitionem: in pulmonum exulcerationem, cum affectione hypochondriacâ, teste Salomone Alberto, & hæcticæ consimilem, desinit*

CURATIO à *Galen. 3. de loc. aff. 7.* in GENERE proponitur, ubi de melancholicis, solo frequenti aquæ dulcis balneo & victu probo humidoque, nullo alio præter hæc adhibito remedio, nisi morbus diuturnus vel nimis contumax fuisset, in integrum restitutis, gloriatur. Nos differentiarum propriam curationem tradituri, METHODUM suis INDICATIONIBUS à rebus s. & p. n. petitis, innitentem, amplectimur, in quâ omnis indicatio locum habere videtur: CURATORIA vult, ut διαίτης viscerum τῶ καὶ φύσιν citissimè auferatur. PRÆSERVATORIA, respicit causas, tam immediatas, quàm mediatas, quæ hoc modo in inventionem secunda & in executione prima consideratur. *Galen. 11. m. m. 3.* Humor & vapor, quâ peccat SUBSTANTIA & QUANTITATE, evacuandus; quâ QUANTITATE alterandus; quô Loco discutiendus; quô Motu revellendus & intercipiendus. SYMPTOMA si adsit urgens, ad causam dum refertur, per contraria sui ablationem postulat, *12. m. m. 1.* VITALIS vires tum totius tum partium per-

limi-



similia medicamenta & alimenta conservare, & in salubri vigore suo custodire jubet.

MATERIÆ auxiliorum ex tribus usitatis fontibus desumuntur:

I. ΧΕΙΡΟΤΡΗΚΩ, i. VENÆSECTIO, ut in omni, ita & in hac specie suas partes tuetur, si simul adsit πλήθωρα in venæ cavæ portæque ramis proximis, aut defecerit aliqua consveta sanguinis evacuatio, *Trincavell. lib. 3. f. 3. cap. 13. Enchirid. Med. Pract.* aut sanguis, ut causa adjuvans, vel sine qua non, dum diversim movetur, peccat.

Inciditur autem nunc JECORARIA, nunc MEDIANA, pro ut à parte affectâ divertendum est. Communiter in hypochondriaca *Practici* ex commendatione *Galen. lib. de V. S. & Rhasis ad regem Almans. 9.* SALVATELLAM sinistræ manus tundendam præcipiunt. *Adrianus Spigelius* hanc miris extollit laudibus. *f. de hum. corp. fabric.* Quam *Petrus Salius* etiam si in dextrâ incidatur, affecto jecori proficuum introduxit *l. 2. de morb.* SAPHENÆ incisio, in sexu muliebri potissimum instituta, si humor peccans ad hæc loca decurrerit, aut mensium neglecta fluxio, aut si forsan, viribus refractis, iteratâ revulsione opus fuerit, nemini suspecta esse debet. QUANTITAS continua & discreta indicatur à læsione majore vel minore indicantis; permittitur & prohibetur à viribus, & quæ ad vires referuntur. Semper tamen oculus dirigendus erit ad præceptum *Avicenn. 4. t. cap. de phlebotom.* ut diminuamus in phlebotomiâ, quantum possibile est. *Galenus 3. de loc. aff. 7.* vult, ut medicus V. S. intersit, qualitatem sanguinis observet, si hic melancholicus, præsentibus viribus, jubet, ut detrahat quantum satis, si non; supprimat. Cautior in hoc *Avicenna Galeno* est, dum sanguinem primò tenuem & subtilem statim supprimendum esse, pro rato non agnoscit, cum sæpè eveniat, ut crassior pars demum succedat. *Julius Cesar Claudinus lib. 2. de Ingressu ad infirm. cap. 3.* irridet illos, qui cum *Galeno* in sanguinis evacuatione colorum mutationes expectant, cum uniformis in toto genere humor esse possit. Locus aquâ calidâ prius erit fovendus, tunc ampla, in loco venæ conspectiori, plaga facienda, quia hoc ipso humor facilius educi potest.



II. CUCURBITULÆ profundius scarificatæ V. S. vicariæ sunt. Germanis non arrident, propterea leviter incisæ, ad scopi consecutionem parùm aut nihil conferunt. NON SCARIFICATÆ verò vel cœcæ, partibus affectis affixæ, ad revulsionem flatuumque discussionem auxilium præsentissimum dicuntur. Applicari autem debent non dorso aut scapulis tantùm, sed & fœmori utrique; item, & regioni partium laborantium. *Zacutus Lusitanus* hoc ipso remedio quendam ab insigni palpitatione cordis confestim, incantamenti instar, liberavit.

III. HÆMORRHOIDUM apertura in consuetis pro atrabile ducendâ ulteriore commendatione opus non habet. Apud Italos & Hispanos medicina usitatissima & saluberrima hæc est, à *Mesue* tantoperè antiquitus commendata. Si hæ moderatè & iustò tempore fluant, à maximis morbis præservare solent, *Galen. lib. de V. S. ad Thrasybul. 5.* Sanant enim melancholiam, quia continent sanguinem illum. Non tamen in omnibus æquè probantur, *Hieron. Mercurial. tom. 4. conf. med. 16.* Aperiantur vel CULTELLÔ sive lancettâ Italis dicta, infelici fidere nonnunquam incauto administratore. Vel PANNIS asperis, & HIRUDINIBUS fedi admotis; MODUM & præparationem habes præ cæteris apud *Jul. Cæs. Claudin. lib. allegat. part. 2. cap. 5.*

IV. CRURUM CAUTERIZATIO dextrè instituta, plærunque hoc à morbo præservare solet. Revellit & derivat suo modo, & in hoc sequimur naturam providissimam pro expugnandis hisce malis non rarò abscessus molientem & præparantem. Cauteriorum MODUM & usum præcipuè huc pertinentem insinuat *Thomas Fienus de cauter. lib. 2. cap. 6. § 14. Salustius Salvianus, medicus Romanus*, quendam melancholicum fortè fortunâ fracto cranio, non sine sui & adstantium admiratione resipuisse, testatur *lib. 2. Variar. Lect. cap. 1.* Nec satis explodenda hodiernorum quorundam hominum opinio est, qui in quocunque morbo humorali indiscriminatim ad cauteria, tanquam ad sacram anchoram, confugiunt, unâque saltem datâ crustâ auxilium expectant: quasi vero vel una cauterizatio sufficeret & statim effectus suos proderet. *Avicenn. lib. 3. fen. 16. tract. 1. cap. 7.* pro tumore splenis imminuendo, regioni affectæ plurimas inussit crustas,



V. FRICTIONES & LIGATURÆ, ad vaporum discussionem revulsionemque diversis in partibus pro intentione & scopo instituendæ, non intermitteri debent. Imprimis Siccæ & ASPERÆ, quibus sæpè paroxysmorum insultus mitigantur.

II. EX ΦΑΡΜΑΚΕΤΤΙΚΩ petuntur ea, quæ excrementa circa primas vias collecta leniter educunt, & humores, si qui sunt, peccantes & peregrinis suis qualitatibus expurgationi rebelles, manifestis & occultis contrariis expellunt; tandemque affectum vi specificâ respiciunt, partesque affectas roborare valent.

EVACUANTIA sunt varii generis. PER ALVUM

I. LENIENTIA, minorativa, per OS assumpta, SIMPLICIA: *Cassia rec. solut. Polypod. quern. Tamarind. Tartarus. Arum. agreste* in usu haud est, licet *Ursa* cum primùm ex antro suo prodit, eodem vescatur, cujus acrimonia intestinum illi concretum aperitur. *Plutarh. de solerttia animalium. Vide M. S. capillum veneris*, mirificum solvens præscripsit *Brassavola in lib de purg. med.* COMPOSITA; *Passul. laxativ. Rolfinck. Pulv. laxativ. Schrôteri. Pruna laxativa Cartageni. Manna sacchari, Abbatis della Manna. Syrup. ros. solutiv. Infusum senæ delicatum à Prevotio pro secreto habitum. Electuar. lenitiv. Florentzol. Pilull. aloetica Aquapendent. & Angelica Francofurtenses. Hiera picra Galeni.* quâ tamen apud nos propter amarorem rarò utimur.

DOSIN supplet præceptum *Galenii*: Affectionem indicare, auxilium, quantitatem & proprii victus differentiam, à parte laborante, ætate, tempore, facultate vitali &c. sumtâ mensurâ. *Ægineta lib. 7. cap. 4.* ante prandium & cœnam TEMPUS sumendi determinat. MODUS sumendi sunt liquores, poma cocta, panatellæ &c. ubi è communi practicoꝝ sententia, solida propinata minus feliciter operantur. FORMULÆ, quæ ad ægroti palatum diriguntur, variant. Quod si præter fœcale excrementum, humor quidam diversus obstiterit, convenit ipsum respicere & convenienti modo expellere. Solemus autem addere PURGANTIA in minori dosi stimuli loco.



IN CACOCHYMIA BILIOSA.

Rx. Cass. nov. extr. ʒiij.  
Pul. laxat. Schröter. ʒß.  
Scam. correct. g. v.  
Cum Sacch. q. s.  
Misce  
F. Bolus.

IN PITUITOSA.

Rx. Extr. Diacarth. ʒß.  
Dissolvatur in aq. agri-  
monia ʒx.  
adde Syr. ros. solut. f. ʒß.  
succ. citr. ʒü

IN MELANCHOLICA

Rx. Rad. polypod. q.  
glyzyrrh. a. ʒj.  
Herb. cuscut.  
adiant. a. p. ü  
Flor. cordial. a. p. j.  
Sem. 4. frigid. maj. a. ʒj.  
Coq. in f. q. aq. puræ fontan.  
Colatur. ʒüß. adde

Elect. lenitiv. ʒj.

Infus. senæ. delicat. a. ʒüj.

Spir. Cinam. ʒj

Sambuc.

rosar. a. ʒß.

M. F. potio pro unâ dosi.

IN ICHOROSA.

Rx. Crystall. ʒri  
Magister. Gialap. a. ʒß.  
Diagr. g. ü.  
Ol. citri  
anisi a. g. j.  
M. pro pulvere.

Rx. M. P. Aloëphang. ʒj  
ʒrear. c. scammon. ʒß.  
Θ absynth.  
fraxin.  
Ol. menth.  
fœnicul. a. g. ü.  
Cum syr. de fumar. q. s.  
M. F. pill. XV. Deaurentur.  
pro una dosi.

Per ANUM, si materia ad infernas partes inclinet & adsit per-  
mittens, absit vero prohibens, sunt injiciendi

I. CLYSTERES ἢ ἐνήματα πολύχρηστα, Italis & Hispanis non  
minus nota, quàm notissima, unde medicus quidam senex Italus  
morti proximus, πρὸ ξέως suæ secretum tale filio suo aperiebat :  
*Dieta ed i servitiali, guariscono tutti i mali.* Concinnantur ex variâ  
ingredientium classe, & ex his nunc MITIORA, nunc FORTIORA, pro  
ut vel humores pertinaciter impactos educendi, vel vapores revel-  
lendi, vel flatus discutiendi animus est, præscribuntur & applican-  
tur.

Rx. Rad. lilior. alb.  
alb.  
malv. a. ʒüj

Herb. violar.  
pariet.  
branc. urfin. a. m. j.



*fumar.*  
*cocklear.*  
*Flor. chamomill. Rom. a. m. 8.*  
*Bacc. laur.*  
*junip. a. 3ij.*  
*Sem. melon.*  
*anisi.*  
*fœnicul. a. 3üj.*  
*cartham. 3j*  
*Coq. in s. q. juris carnis.*

*ad dimid part. consume.*  
*Colatur. R. 3viij. adde*  
*Elect. Benedict. laxat. 3vj.*  
*confect. hamech. 3ij*  
*ol. amygd. dulc.*  
*sambuc. a. 3ß*  
*rutac.*  
*Sacch. rubr. a. 3ij*  
*⊖ commun. 3ß.*  
*M.F. clyster.*

II. SUPPOSITORIA s. *βάλανα* Græcis dicta, ubi æger debi-  
 lior, locum habent. Usualia in officinis prostant. LENIORA ex sævo  
 hircino, caulibus radicis betæ, bliti, brassicæ & mercurialis fiunt :  
 MEDIOCRIA, addito melle: FORTIORA additis purgantibus. Quæ  
 si neque æger ferat, LINIMENTA purgantia umbilico imponen-  
 da sunt. Usuale est *unguentum de Artanit. maj. Mes.* cui purgantia  
 denuò immisceri poterunt.

Per OS VOMITORIA dicuntur, quæ locum habent, si materia  
 circa orificium ventriculi hæreat, cæteraque consentiant. Alioquin  
 & reliqui in tunicis ventriculi impacti humores, cavisque viscerum  
 contenti, non rarò iisdem educuntur. Inter MITIORA vulgò *aq. te-*  
*pida* habetur, cum pauxillo olei, mellis & salis. FORTIORA, *Oxymel*  
*scylliticum. Syrup. de Tabac. Hellebor. alb. ex Galen. 7. m. m. 11. Diasar.*  
*Fernel. Aq. benedict. Ruland. Sal ⊕ li vomitiv. Gilla Theophrast. ex ⊕ lo*  
*Ungaric. & veneris parata. Tobias Coberus Observ. Ungaric. 3. Ra-*  
*phani Austriaci essentiâ*, addito corrigentis loco parum tincturæ  
 croci, ad 3. vel 4. g. in decocto convenienti vel saccharo rosaceo,  
 assumtâ, faciles vomitus concitatos vidit. Et notat *Ferdinandus*  
*Ponzetus lib. 2. t. 1. cap. 2. Raphanum* in templo Apollinis Delphico  
 cæteris cibis prælatum, ut diceretur ex auro: beta ex argento: ra-  
 pum ex plumbo. CAUTELAS & DOSIN annotat *Jul. Cæs. Claudin. lib.*  
*2. de ingress. ad infirm. s. 2. cap. 3.*

PRÆPARANTIA, quæ humores crassos & viscidos attenu-  
 ant & incidunt, calidos alterant, adustos contemperant, certis  
 quibusdam legibus comprehenduntur, I. ut sint aperientia &



attenuantia, citra tamen insignem caliditatem & siccitatem, utpote, ex quibus mesenterio partibusque inflammatis majus *κᾶυμα* succrescere posset. II. Sint in humectatione paulo pleniora, & in frigidityte moderata, partim ad suprimendum partium incendium, partim ad obstructions felicius referendas. III. Sint liquida potius, quam sicca. Idcirco ex *Arculani* consilio in *9. Rhaf. com. cap. 16.* pillulæ per se ventriculo raro exhiberi debent. IV. Quantum licet appropriata & parti affectæ, & humori peccanti; consilio *Dictatoris nostri 1. Epid. com. 2. t. 50.* ut in morbis prosumus vel saltem non noceamus. VI. *Aetii* consilium arripiendum, ut assiduitatem remediorum evitemus, & per epicrasin potius seu certis intervallis curam continuemus. Consulimus hoc ipso & nobis & naturæ, quæ τῶν υἱστῶν ἰντρός ab *Hipp. 6. Epid. com. 5. t. 1.* dicta, remissionibus istis summopere delectatur.

MATERIA, quæ varia & multiplex est, desumitur I. ex PENU GALENICO SIMPLICIUM; RAD. 5. *aperient. scorzoner. polypod. glyzyrrh. centaur. maj. alth. CORT. cappar. tamarisc. fraxin. FOL. cetrach. chamæd. lingv. cervin. capill. Veneris. cuscut. fumar. cochlear. nasturt. veronic. FLOR. berrag. bugloss. violar. centaur. min. sambuc. SEM. anis. fenicul. endiv. 4. frigid. maj. FRUCT. amygd. d. uvæ pass. min. &c. COMPOSITA, sunt: Syrup. de 2. radic. Byzantin. De cichor. f. De pomis Borsdorffian. Excellit syrup. specificus antime-lancholico-hypochondriacus Donati ab Altomari. Aquæ Officinarum nostrarum, ut sunt: aqua polychresta D. Brendel. Aperitiva composit. Parentis mei. Destillatum ex sarsaparilla Rolsinckij. Rhizotica Zwin-geri & antiscorbutica Quercetani iisdem scopis annumerari possunt. II. CHIMICIS ex subfelliis promuntur. ESSENT. absynth. meliss. cardv. B. EXTRACT. veronicæ, fumar. centaur. min. scolopendr. SII-RIT. cochlear. lign. guaiac. ☿ri. C. C. ☿risat. ⊕li. ⊖lis. Mistura sim-plex SAL. cremor ☿ri rosat. & violat. item magister. ejusdem ⊕lat. Solare, Lunare & Martiale. ⊖ ⊕tri balsam.*

Si bilis admixta cum intemperie jecoris adsit,

Rx. Seri caprini. destill. C. ℥ij

Syr. de cichor. f.

de absynth. a. ℥i℞.

Spir.



*Spir. cochlear. ʒj.*

*Essent. citri. ʒß.*

*M. F. potio.*

*Si circa ventriculum & primas vias abundet PITUITA,*

*Rx. Aq. aperitiv. nostr. Parent. ʒiij*

*Mistur. simpl. theriacal. ʒlat.*

*ʒrisat. camphorat. Rolsinck. ʒß*

*Essent. cort. aurant. ʒj*

*Extr. acori veri*

*Magister. ʒri Lunar. a. g. v.*

*Misce.*

*Cremorem absynthii in praxi laudat Mercurialis sero caprino dilutum. Aetius huic præfert decoctum pulegii cum florib. centaur. min. Johann. Hartmann. in praxi chimatricâ excellens hypochondriacum digestivum parat ex ʒri crystall. & ol. ʒli vel acido ʒris, & in decocto- cholagogo & phlegmagogo, cum suis corrigentibus & carminati- vis, ægris exhibet.*

*ATRA BILIS, si & illa in liene peccet,*

*Rx. Aq. destillat. ex sarsa-*

*parill. Rolf. ʒiij.*

*Syr. de acetos. citri*

*perlat. ejusd. ʒvj.*

*Spir. ʒri rectific. ʒij.*

*Tinctur. corall. ʒj.*

*M. pro plurib. dos.*

*Rx. Magister. perlar.*

*corallor. a. ʒj.*

*Fæcul. bryon.*

*radic. ireos a. ʒß.*

*ʒ. fraxin.*

*scolopendr. a. g. v.*

*ol. anisi*

*citri a. g. ij.*

*M. F. pulvis. Dividatur*

*in 4. part. equal.*

*pro 4. dosib.*

*Cornel. Cels. absinth. decoctum, in quo sæpius ferrum candens ex- tinctum fuit, his non immerito annumeratur. Videmus animalcu- la exiguos lienes habentia, quæ apud fabros ferrarios vivunt. VINA, CEREVISIA medicata, svadente necessitate ex usu erunt. THER- MÆ & ACIDULÆ suâ quoque prærogativâ, justô regimine usurpatæ, non carent. In catholicâ,*

*Rx. Summitat. absinth. Pont.*

*Herb. card. bened. a. p. iiij.*

*scolopendr.*

*cuscut.*

*epatic. nobil. a. p. ij.*

*Fol. lingv. cerv. no. ij.*

*Flor.*



*Flor. 4. cordial.*

*centaur. min. a. p. j.*

*Cortic. tamarisc.*

*cappar. a. ʒʒ.*

*Bacc. laur.*

*juniper. a. ʒij.*

*Schenanth.*

*Mac. a. ʒj.*

Concisa, & contusa gross. mod. dentur pro sacculo serico 2 canth. vini tenuioris, imponendo. De quo interposito uno, aut binis diebus, hauriat manè, calidè cyathum unum.

Præparatis & ad exitum dispositis humoribus, PURGANTIA imitantur, quorum lex I. ne transcendant medioritatis ordinem; quo ipso adimplemus magni *Avenzoaris* consilium, ne medicamenta *μολίσι* in usum trahamus. Et cum, ut *Solenander* ait, ventriculus semper laboret, ne secundum *Rondeletium* fortioribus ipsum exasperemus, & ita humori ad ventriculum tendenti plus prosumus, quàm obsumus. II. Ne humectantibus sint destituta, ad præceptum *Mesues cap. de melanch.* III. ut sæpius repetantur, IV. A levioribus incipiendum & ad fortiora progrediendum. Semper tamen & naturæ impulsus & humoris peccantis motus & inclinatio, nec non meatuum conditio observanda veniunt, siquidem & hæc Saturni filia, ut reliquæ, certos suos habet terminos, ad quos antequam perveniat, si medicamentis multum exasperetur, plerumque acerbior redditur.

Pro BILE redundante *Crato rhabarbarum cum sacch.* si eparformitem dederit, commendat. Idem facit *ejus extractum. Scammon. cum S. V. & santal. correct. & extract.* Pulvis polychrest. Officinarum nostr. omni ex parte satisfaciunt.

Pro PITUITA, *agaric. præparat & in extracti formam reductus, mechoacann. turpeth. syrup. diaser. Andernac. Pulv. laxativ. vegetabil Rolfinck. pillul. cochiae, aloephang.* sufficiunt.

Pro ATRA BILE, prostant *Sena, epithym. hellebor nig. præpar. ejusdem extractum & syrupus. Mass. pillul. panchymagog. Excell. Præsid. Star. Quercetan. Pomum helleboratum. Roderic. à Fonseca Consult. Tom. 1. conf. 23.* commendat.

SEROSI cum flatibus prædominantes, napellum suum timént *gummi de Pern. antim. Extract. diacarb. cucum. sylvest. grana ricini &c.*



Ex his variæ medicamentorum formulæ eruantur. Et si  
PLURES peccayerint humores,

Rx. Pulv. laxat. vegetabil.

nostri Præsidis ℥ss

¶ ri Glati g. vij.

Diagr. g. ij

Ol. anis. g. ij.

M. F. pulvis.

pro 1. dos.

Rx. Fol. senæ Alexand. mundat. s. s. ℥ss

Rhabarb. El.

Gialap. resin. a. 3ij

Fibrar. hellebor. nig. præparat. 3j

Fol. ceterach.

agrimon.

epatic. nobil. a. p. ij

Flor. borrag.

bugloss. a. p. j

Semin. papav. a. 3ss.

anisi

fœnicul. a. 3ij

Coq. in s. q. aq. fontan.

Colatur. Rx. 3üj. adde

Oxymel hellebor. Gesn.

Syrup. de pomis a. 3ß

M. F. potio.

Rx. Syr. diaser. Andernac. 3vj

Extract. El. è succ. rosar. 3ß.

rhabarb. 3ß.

Scammon correct. g. üj

Aq fumar. 3iß

Elixir citri g. viij

M. F. potio.

Rx. Rhabarb. El. 3iij.

GELATINA C. C. purgans, Morsuli purgantes ex radice gialap.

VINA MEDICATA ad agroti palatum, ex his concinnari solent.

Agaric. troch. 3ij

rad. hellebor. nig. 3j

Flor. cordial. a. p. 8

Sem. anisi

fœnicul. a. 3ß.

Schananth. 3ß.

Infunde per noctem in loco

calid. in aq. endiv. &

taraxac. a. q. s.

Cras manè factâ levi ebull.

cum expressione.

Rx. Colatur. 3üj, adde

Syrup. ros. solut. s. 3i.

de cichor. c. rh. 3ß.

Succ. citri depur. 3j

M. pro haustu.

Rx. Extract. rhabarb. 3ß

helleb. nig. g. v.

Pulv. polychrest. g. üj

conserv. rosarum 3ß.

Cum sacch. q. s.

M. F. bolus.

Rx. M. P. panchymag. Rolfinck. 3j

¶ rear. Quercet. 3j.

Θ absinth.

fraxin. a. g. v.

Ol. anisi

citri a. g. üj.

cum syr. de fumar.

F. pillul. no. XXXV.

pro 6. dos.



CLYSTERES quoque & VOMITORIA fortiora paramus, ita, ut omni ex parte ægris operam præstemus desideratissimam.

SUDORIFERA & DIURETICA, peccante colluvie ferossâ, appropriatis & specificis admista, in subsidium medicum revocari debent. sed ita, ut intra cancellos mediocritatis, monente *Capivaccio* consistant, ne flatuum generationis causæ & autores audiant. Ita, consentiente *Rondeletio lib. 2. cap. 60. cumt. med.* in declinatione præmissâ universali purgatione, non sine felici successu præscribuntur. Pro decocto hydrotico

Rx. Scobis lign. sanct. ℥j  
                    guajac. ℥℔  
Rad. sarsaparill.  
            gramin. a. ℥ij  
Cort. tamarisc.  
            cappar. a. ℥j  
Herb. polytrich.  
            fumar.  
            scolopendr. a. p. üj  
Infundantur per hor. 12.  
postea coque in s. q. aq.  
leniter s. a.  
Colatura cantb. ij. adde  
Syr. de glyzyrrh.  
            capill. vener. a. ℥j  
Tinctur. rosar. ☉ lat. ℥iiij.  
M. F. potio  
De quo singulis diebus,  
sumat ℥üj horis matut.  
Et sudet in laconica per  
horam dimidiam.

Rx. Remanent. decoct. adde  
passul. min. mundat.  
rad. glyzyrrh. a. ℥j.  
Coq. in s. q. aq. s.  
Colatura ☿ üj adde  
Syr. corall.  
            acetos. citri a. ℥℔  
Tinctur. ☿ ri ℥j  
M. F. potus ordinarius.  
Rx. Flor. \* Martial. g. v.  
Ant. diaphoret. ☿  
Magister. perlar.  
            C. C. a. g. üj  
            corall. g. vj.  
Bezoar. or. g. j  
M. F. pulvis.  
Rx. Theriac. Andromach. ℥℔  
Bezoart. mineral. g. vij  
☉ absinth.  
            fraxin. a. g. üj.  
            cum sacch.  
            F. bolus.

DIURETICA magni remedii medicina, teste experientia & auctoritate *Galen. 2. ad Glauc. 2.* nullo silentio involvenda. Quomodo leni conferant, quasve per vias, obscurum dictu est. Unicuique de hac re liberum judicium esto. Paradigmati loco serviat.



*Rx. Sem. 4 frigid. maj. excort. a. 3ß*  
*napi*  
*citri 3i*  
*Aq. acetos. Hisp. 3ü*  
*gramin. 3j*  
*fœnicul. 3ß*  
*F. l. a. emulsio. adde*

*Syrup. de capill. Veneris*  
*2. rad. a. 3jß*  
*Spir. flor. sambuc. 3ß*  
*M. pro potu.*  
*Rx. ☉ absinth. 3i*  
*genist. 3ß*  
*Sacch. cand. parum*  
*M. F. pulvis pro 4 dos.*

Prodest & SERUM CAPRINUM alteratum, secundum Dioscoridem paratum, addito succo limonum, citri & spir. ☿ri vel ☉lis.

ALTERANTIA, quæ reliquias morbi solvunt, & partium affectarum vires reficiunt, debent secundum Avicenn. I. Cor cerebrumque simul respicere. II. Alternis vicibus post præparantia & purgantia exhiberi. III. Ventriculo non multum obesse. MATERIA sunt medicamenta, 1. SPECIFICA & APPROPRIATA. 2. A QUALITATE PECULIARI & OCCULTA AGENTIA. Et sunt vel INTERNA vel EXTERNA. Sic VENTRICULO INTERIUS expedit confectio seq. *Cassp. Hoffmann. Archiatri Brandenburgensis:*

*Rx. Extract. aromat. rosat. 3j*  
*lign. aloës 3ß*  
*liquirit. g. v.*  
*Sacch. in aq. ros. q. s. 3üij*  
*affusis ol. anis. g. vj.*  
*M. F. rotula. Vel:*

*Rx. Conserv. absinth.*  
*cochlear. a. 3iij*  
*rosar. ☉late.*  
*borragin. a 3ij*

*Cortic. enul. campan. condit.*  
*aurant. condit. a. 3jß*  
*Nuc. Indic. condit. no. j*  
*Spec. diaromat. rosat. 3ij*  
*rosat. novell. 3j.*  
*Cum syrup. de corall. q. s.*  
*M. F. Electuarium, sumendum*  
*quantitat. nucis juglandis*  
*pro ratione ægri & medici.*

EXTERIUS ceratum stomachale Officinarum convenit, cui ol. de menth. & absinth, pulv. mastich. superinspergitur. Emplastrum de crustâ panis speciebus diaromatic. rosat. & aceto caryophyll. imprægnat. paratissimum remedium esse solet. Item unguent. Officin. Jænens. stomach. Ol. stomachicum Magni Ducis Hetruriæ. Ceratum Hispanic. ex tacamah. styrac. calamit. ambr. gryf. moscho & novâ cerâ constans.



**EPATI laboranti succurritur IUBEPO seqv.**

**Rx.** *Conserv. fl. nymph.*

*cichor. a. ʒj*

*Rob ribium ʒß*

*Dissolvantur super ignem*

*leniter in aq. tamarind.*

*ʒß. colatur. adde*

*Aq. taraxac.*

*Scorzoner.*

*cochlear. a. ʒj*

*Tinctur. Martis corall. ʒß*

*Confect. hyacinth.*

*Sacch. rosat. tabulat. a. ʒij*

*F. l. a. potio.*

*Detur cochlear. j*

Inter EXTERNA habentur *ceratam santalin. unguent. camphorat.*  
Possunt FOMENTA parari ex *agrimon. eupator herbisq; antiscorbut.*  
*addit. pulv. specier. diarrhod. Abbat.*

**LIENI affecto consulimus INTERNIS:**

**Rx.** *Aq. antiscorbutic. Quercetan. ʒiij*

*antimelanchol. Fischer. ʒj*

*Syrup. scolopendr.*

*cochlear. a. ʒx.*

*Mistur. simpl. ʒj.*

*Spir. cochlear. ʒß*

*Sacch. perlat.*

*rosat. a. ʒiij*

*Fol. auri no. ij*

*M. F. potio. Dosis cochl. j*

**Rx.** *Herb. scolopendr.*

*fumar.*

*cuscut.*

*cochlear. a. p. ij*

*Fol. ling. cerv. no. ij*

*Flor. meliss.*

*bornag.*

*Rad. filic.*

*asparag.*

*gramin. a. ʒiij*

*Cort. capp.*

*citri exsicc. a. ʒj*

*Sem. anisi*

*fœnicul.*

*melon. a. ʒß*

*Cinamom.*

*Squinanth.*

*Mac. a. ʒj*

*Coqv. in f. q. aq. endiv.*

*Colatur. Rx. ʒiij*

*adde syrup. de fumar.*

*flor. bugloss.*

*Tinctur. chalyb. ʒß*

*¶ri ʒlat. ʒj*

*M. F. potio, pro*

*2. vicib.*

**EXTERIUS** *unguentum splenetic. Jénense, convenit vel seqq.*

**Rx.** *Emplastr. de melilot.*

*bacc. laur. a. ʒj*

*Ammoniac. in acet. solut. ʒß*

*Pulv. scolopendr. ʒij*

*Cum ol. de cappar. q. s. & modico cera*



*Obducatur supra alutam  
Serico rubro tegendam, & F. l. a. emplastr.  
ad formam lingvæ bovinæ.*

MESENTERIUM, OMENTUM & PANCREAS, si adsint flatus & mur-  
mura, juvat INTERIUS castoreum ex postâ datum: EXTERIUS super-  
illitum cum oleo amygd. amarar. rutac. & fœnicul. Galen. 11. de simpl.  
medicament. facult. 11. vel.

<i>Rx. Pulv. Cachect. Quercetan. ʒß</i>	<i>Rx. Elixir proprietat. Para-</i>
<i>Ol. cinamom.</i>	<i>celsi ʒij</i>
<i>fœnicul. a g. iij.</i>	<i>D. in vitro.</i>
<i>D. in scatul.</i>	<i>De quo g. viij. vel ʒß</i>
<i>De quo manè &amp; vesperi in brodio</i>	<i>in jure pulli gallinac.</i>
<i>vel vino cum pane sumat. ʒj</i>	<i>sumat post diluculum.</i>

EXTERIUS foveatur affecta regio.

<i>Rx. Herb. veronic.</i>	<i>melon. a. ʒj</i>
<i>chamedr. a. m. j.</i>	<i>dauc.</i>
<i>cochlear. Mß.</i>	<i>ammios. a. ʒiij</i>
<i>Cort. fraxin.</i>	<i>Spic. Indic.</i>
<i>aurant. exiccat. a. ʒß</i>	<i>Calam. aromat.</i>
<i>Sem. portulac.</i>	<i>Cyper. a. ʒij</i>

Concisa, & contusa grosso modo, F. sacculus in modum cu-  
jusdam latioris cinguli.

CORDI & CEREBRO sympathicè affecto in omni melancholiâ  
proposuit Roderic. à Fonseca Consult. tom. 2. cons. 82. pulverem saphir.  
dissolut. in succo limon. ʒj. Ol. mellis ʒj cum Julapio exhibitū pro duab.  
vicibus. Ambra rectificata Rudolphi Imper. ab Elisaberh. Regina Angliæ  
ipsi communicata. Hartmann. in Prax. Chimiatri. Donat. ab Altomar. An-  
tidot. Theriac. Andromach. Mithridat. Damocrat. ad ʒj. per inter-  
valla præscripsit. Prodest etiam Confect. Alkerm. sine lapide lazul.  
preparata. Historiam Amat. Lusitan. habet cujusdam, cui ex fre-  
quenti hujus confectionis usu, grave sanguinis stillicidium accidit.  
Subscribunt huic Neotericorum plurimi, id quod mihi aliquan-  
do contigisse memini. Lapis Belzaar. ad g. iij c. ambr. grys. exhibi-  
tus, in aq. borragin. & bugloss. in quâ aurum decies fuerit extinctum,



illos, qui soli loquuntur, ex sententia *Avicenn. cant. lib. 2. t. 2. cap. 78.* sanandi & restituendi, vim habet.

INTERNÈ.

*Rx. C. C. spagiric. calcinat.*  
*Ebor. fossil. a. ʒij*  
*Hyacinth. p. p. ʒj*  
*Lapid. belzaar.*  
*Succin. alb. a. ʒß*  
*Spec. diamargar. frigid. ʒj*  
*Sacch. perlat. ʒiij*  
*Ol. anis.*  
*meliss. a. g. iij.*  
*Fol. aur. no. ij*  
*M. F. tragea.*

Opus est non rarò, ut patiens, mulier cum sit, UTERO prospici-

ciamus, itaque INTERNE:

*Rx. Vini chalybeat. ʒiij*  
*Syrup. cochlear. ʒvj*  
*artemis. ʒß*  
*Aq. hysteric. Rolfinck. ʒiij*  
*Tinctur. cort. aurant. ʒj*  
*ʒri ʒß*  
*Spir. cerasor. nigr. ʒß*  
*Sacchar. cand. alb. ʒij*  
*M. F. potio. Sumat*  
*manè & vesperi cochlear j*

THERMARUM fructus ex *Sennert. tom. 1. prax. p. 2. cap. 12.*

desumi possunt. In Italia agri Patavini reliquis præcellunt. BALNEA aquæ dulcis *Aretæus* cum *Galeno* non satis efferre potest. Sacra Romanis erant, ob arcanam conditionem, quam refrigerando & calefaciendo hominibus præstabant. *Franciscus Hilshemius* præter *Jul. Cæs. Claud. appendice ad tractat. de ingressu ad infirm. in Spicilegio suo de cerebri & capit. affect. cap. 11.* MODUM, TEMPUS & ORDINEM annotare non oblitus fuit.

A PECULIARI QUALITATE, inter Empirica *Victor Favent. tria ova sorbilia* commendat usque ad centum & unum epota.

*Ae-*

EXTERNÈ.

*Rx. Aq. meliss. ʒiij*  
*fl. citri ʒj*  
*carfuncul. ʒß*  
*Spec. temperat. cordial. ʒj*  
*Essent. croc. ʒß*  
*Spir. cinamom. ʒj*  
*Acet. rosat. ʒj*  
*M. F. Epithema, in quod lintamina sæpius intingantur & applicentur.*

EXTERNÈ:

*Rx. Ol. N. M. express.*  
*castor. ʒj*  
*lign. rhod.*  
*citri*  
*meliss. a. ʒß*  
*Cere virgin. parum.*  
*M. F. unguentum, quo inunguntur regio cordis, nares & carpi manuum.*



*Aetius Tetrabil. 3. serm. 1. cap. 2. Trochisc. de succo chelidon. inspissat. Quercetan. eius extractum ad 3j. sem. spatul. fœtid. Sal. chelidon. levisfic. centaur. caryophyllat. singularibus annumerat. CHALYBEATA Jul. Cæs. Claudin. loc. cit. & Epist. responsor. 29. melancholiæ hypochondriacæ alexipharmaca dicta, omnibus his palmam præripiunt. Venerandus Præceptor noster & Præses summâ cum felicitate illorum modum, præparationem, & usum nos docuit in diss. chemic. de Marte & Venere, inibi que Elektuarium chalybeatum illud decantatissimum Fabricii Barzonii Professor. Bononiensis, propalavit.*

III. IN ΔΙΑΙΤΗΤΙΚΩ rerum sex non naturalium dictarum ratio & respondens omnibus his proportio, quæ certis tamen regulis vix contineri potest, emergit. AER eligatur clarus, & ad humiditatem inclinans. MUTATIO aëris plurimum commodat, juxta senis nostri oraculum: *ἡν μεταμείβειν σύμφορον ἴσθι τοῖσι μακροῖσι νοσήμασιν. 6. Epid. comment. 5. t. 19.* CIBUS sit *εύκρατος καὶ εὐπεπτός*, alterandi, attenuandi & corroborandi vi pollens, qualem præcipit Galen. 3. de loc. aff. 7. CARNES teneriores, non pingves, nec frixæ, neque assatæ, sed elixæ & conditæ passulis minor. succ. citri, cortic. eorund. cinamom. croco. fl. 4. cordial. &c. Paternus Profess. Patavinus plurimos melancholicos curavit esu pullorum & gallinarum enutritarum milio macerato in decocto hellebor. nigr. Pisces saxatiles & puris sub undis versantes, ut funduli, percæ &c. Profunt. SALSAMENTA ex cochleariâ cum aceto & modico sacchar. confecta. Cappar. acet. condit. Anton. Beniven. refert, se civem septenniali splenis scirrho laborantem lolæ decocto absinthij & esu cappar. paucorum dierum spacio restituisse. Caules lactuc. Ital. aceto & oleo condit. Practici Itali dilaudant. Fœniculum marinum sale & aceto conditum, quos ventriculo corrupto fructus conferat, illi non nesciunt, qui loca maritima habitantes, piscibus potissimum vescuntur. Cui nasturtium & sinapi mustulatum nostratium virtute vix cedit. EMBAMMATA quoque parari possunt. Exemplum Amatus Lusitanus in simili affectu proponit. Recipit hic amygdal. d. excortic. pistat. recent. mundatas a. q. s. in mortario optime contundit, quibus addit jecinoris pulli unius atq; alterius, sacchari, succ. agrest. cinamom. & aq. rosar. parum, sicque parat intinctum sapore jucundissimum, usibusque prædictis addictissimum. Potus sit cerevisia defæcata, aut medicata, absinth. baccar. laur. ling. cerv. & scolopendr. VINUM tenue (in quo chalybs candens extinctus fuit)



fuit) ad legem 7. *Epid. egrot. 129.* non erit improbandum. *Lucretius de Zenone Philosopho* narrat, ipsum epoto vino ab irâ, quâ sapius afficiebatur, destitisse & quievisse. Dulcescunt sæpè vino ingenia, multosque inter pocula vexat misericordia.

SOMNUS MODERATUS non negligendus. VIGILIAE immoderate, studioforum noverca, exulent; moderate probantur *Hipp. 6. Epid. com. 5. t. 9.* pulchrè de his: πόνος τοῖσι δ' ἐσθ' ὅστις καὶ σὺν ὅσῳ, ὅπν' ἀπλάγχνοισι. ALVUS pro ratione respondeat, si non, sui officii admonenda. Ut AFFECTUS ANIMI contrarii moderentur, MUSICAM, *Celsi* monitu, antithoram, qua *Athen. lib. 14.* teste, multi magni curati sunt morbi, ivademus. Sensus oblectentur jucundis colloquiis. *Helenam*, Ægyptiis medicamentis in cratere mixtis, mœstitiam discutere solitam, vetustas credidit. *Philostat. 7. in vit. Apollon.* Sunt etiam rationibus in contrarium ducendi, quandoque acriter objurgandi & minis tractandi. VENUS licita sit licita, sed & moderata. *Bernhard. Patern. Pract. med. Profess. Patavin.* vidit sacerdotem, piissimum & optimum, qui cum nollet uti venere, in melancholica gravissima symptomata incidit. Tandem ita vivat, ut vixisse dicatur; siquidem id quod sapit non nutrit HOMINEM sed GULAM. Prudenter *Fernelius Patholog. cap. 14.* nullâ calamitate & ærumnâ premetur, qui vitæ suæ fundamentum jecerit temperantiam. Et hîc lineam ducimus.

Summus omnium affectuum moderator jubeat, ut hi tranquillo stent talo, definitis se patiantur circumscribi limitibus, ne extra oleas aberrantes, admirandi consilii animal, divinarum & humanarum rerû Horyzontem, in avia præcipitent. Sit MENS sana in corpore sano: nullam hanc inumbrent tenebræ, nullæ nubes offuscent, sed clavis micantem radiis ὑγιεία stabiliat & lætis coronet donis. Luceant divinæ majestatis in eâ scintillæ, summiq; Principatus in eâ dominantur fasces: ne vanis IMAGINATIO delusa spectris, secunda puerili metuens lapsu, ipsi fucum faciat, CORPUS spectabili artificio expolitur benè habeat. Nullam moveat seditionem LIEN: justus VENTRICULI omnia firmet membra vigor: JECUR αἵμα-τώσεως ἡσυχασμὸς justâ bilance alibilem humorem singulis dispartiat coloniis. Sic omnibus in parvo etiam mundo PAX & SECURITAS, anteferenda bonis, mutuis se excipient osculis, gratâque vicissitudine benè valere OMNIA imperabunt.